

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**D. Lavrentii Heisteri Profess. Pvbl. Helmstadiensis
Academ. Caesar. Regiae Lodin. Ac Berolin. Collegae
Compendivm Anatomicvm Totam Rem Anatomicam
Brevissime Complectens**

Cvm Figvris Aeneis

Heister, Lorenz

Norimbergae, MDCCXXXII.

VD18 90513142

De Capite, Trvnci Qvarta Parte.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9909

DE CAPITE, TRVNCI QVARTA PARTE.

256. CAPUT, quarta trunci pars, est omne id, quod supremæ colli vertebræ insistit. In hoc notanda

Figura: rotundo- oblonga, quodammodo ovata, eminens anterius & posterius, ad latera vero complanata: sic tamen, ut anterior pars, præsertim circa frontem, minus lata, quam posterior. Figura huic contraria, vel ab hac recessens, deformitatem, atque sæpe iudicii læsionem, & infert & indicat.

Magnitudo: proportionata sit corpori: magna enim vel parva nimis, vitium non solum formæ, sed & iudicii plerumque producit. Præstat tamen caput paullo maius, capite nimis parvo: quippe in quo plerumque etiam parum iudicii.

Situs: in suprema corporis parte, ob utiliorem organorum sensuum, quæ in eo continentur, & animæ quasi satellites sunt, in loco altiori positio-

nem.

Divisio superficiei, in partem

{ non capillatam, quæ facies dicitur, organa sensuum, ut visus, olfactus, gustus, auditus &c. continens; &

capillatam: cuius pars anterior, *sinciput*; posterior, *occiput*; suprema, *bregma* & *vertex*; laterales vero partes, *tempora* audiunt.

Partes constituentes: quæ sunt vel *continentes*, vel *contenentes*.

266. CONTINENTES PARTIS CAPILLATAE sunt vel
 Communes, ut in aliis partibus: nimirum
 Cuticula, sive epidermis;
 Cutis, quæ hic crassissima & durissima;
 Pinguedo: circa cranium pauca; in genis, copiosa.
 Propria,

PILI: de quibus N. 199. actum est.

MUSCULI CRANII, quatuor: valde tenues, duo in
 fronte, *Frontales*; & duo plerumque in occipite,
Occipitales dicti: qui suis tendinibus superne cra-
 nium, tanquam *galea*, cingunt. vid. Myologia.

PERICRANIVM, est membrana cranium proxime in-
 vestiens: tenuis quidem, at satis valida.

Coharet cum cranio, musculis vicinis & dura ma-
 tre; præsertim circa suturas.

Dividi potest in duas lamellas; hinc a quibusdam
 in pericranium & periostium, sed præter ne-
 cessitatem aut utilitatem, distinguitur.

Vasa sanguifera habet copiosissima, cum reliquo
 capite communia;

Nervos vero e vertebris colli, & pari VII cerebri.
Vsus eius est, 1. sustentare vasa pro cranii nutri-
 tione; 2. pro sensu crano conciliando: quod,
 utpote os, sine hac membrana, non sentit.

CRANIVM, pro cerebri defensione, mere osseum,
 ex octo robustis constans ossibus, ope suturarum
 iunctis: de quibusiam in Osteologia. Hic vero
 solum notandum, quod, ad interiora lustranda,
 superior, dimidia circiter pars, serra transverse
 sive horizontaliter dividenda, & deinde caute au-
 ferenda: qua ablata, rubentia puncta, quæ vascula
 erupta, demonstrant, quomodo subiectæ duræ ma-
 tri, a qua intus nutritur, per vascula adhæserit.

CONTENTAE PARTES, sunt *Cerebrum*, &c. 267. Cir-

*Thunberg habet
 nec totum
 periosteum.*

267. Circa CEREBRVM , animæ sedem primariam , primum
MEMBRANA E, tres notandæ, meningæ & matres dictæ: quarum
I. DVRA MATER , mox sub cranio sita, robusta, crassa & di-
dua membrana, ex fibris tendineis constans a): in qua
Punctula rubra , s. vascula rupta , avulso cranio secto, ap-
parent.

Figura & magnitudo cum cerebro fere & cranio convenient.
Connexio: iungitur ubique cranio, superius tamen laxius;
inferius, arctius: ita & cum subiectis partibus laxe cohæret. (butæ. b)

*Arteriae, a carotidibus & vertebralibus, ut ramusculi distri-
Vene, duplicitis generis: quædam ut alibi in corpore, arte-
riisque sociæ; quædam vero peculiares, triangularis
figuræ, robustæ, & SINVS vocantur. In his notanda*

Numerus: quidam multos statuunt c); alii tantum quatuor præcipios numerant: ut primo *Sagittalem* vel *Longitudinalem*, qui a fronte & crista galli ad occiput, per medium cerebri excurrens, definit in duos *Laterales*, (48*) figuram *circumflexi* Græcorum repræsentantes, utrinque in *vena iugularis sinum* sive diverticulum se exonerantes: qui cerebro exempto demum videri possunt. Denique *Quartus*, a regione glandulæ pinealis provenit, d) & inseritur ferre, ubi illi tres concurrunt: quem locum *Torcular Herophili* appellant. e) *Minores*, infra cerebrum adhuc varii, de quibus infras N. 274.

Venarum cerebri singularis in bos sinus insertio.

Glandulae congregatae Pacchioni exiguae in parte superiori. f)

Chordæ Willisi transversæ in sinubus, nimiam sinuum extensionem impudentes.

Vsus: sanguinem peculiari artificio e cerebro revehere.

Nervi, a quinto & septimo pari cerebri, pro sensu. *Nervi nulli*

Vasa lymphatica, nondum certe demonstrata.

Processus: 1. *falciformis*, inter duo cerebri hemisphaeria; 2. *inter cære-*

Matus: secundum Basiliū & Racchionum. huic membrana prorsus

Motus: secundum Bagivium & Pacchionum, hinc membranæ proprius, muscularis, qui vero a pulsu arteriarum eius oriiri videtur.

Mus tute matrix: 1. loco periostii crano intus inservire; 2. cerebrum.

✓ *pus aut& matris*: 1. nos pernoterant, natus invenit; 2. cerebrum defendere; 3. processibus suis cerebrum & cerebellum firmare.

compressionemque præcavere; 4. ope sinuum calorem cerebro con-

ciliare. I 2 DE.

Digitized by srujanika@gmail.com

Paccion. de dura matre. b) *Ruyfch.* Thes. V. Tab. II. f. 4. c) *Ortlob.*

in Oecon. animal. fig. 1. & Vieusseen, in Neurogr. d) Ridley Anat. cerebr.

fig. IV. C. e) ibid. lit. g. & f. 5, lit. P. & Vienff l.c. Tab. I. E.f) tr. de

gland. dur. matr. & Ruych. Thes anat. VII. Tab. i. f. 3. g) Kidley Trans.
Angl. 1802.

Augt. 1703.

I 2

DE

a) *Pacchion.* de dura matre. b) *Ruyjcb.* Thes. V. Tab. II. f. 4. c) *Ortlob.* in *Oecon. animal.* fig. 1. & *Vieußen.* in *Neurogr.* d) *Ridley Anat. cerebr.* fig. IV. C. e) *ibid. lit. g. & f. 5. lit. P.* & *Vieußen* l.c. Tab. I. E.f) *tr. de gland. dur. matr.* & *Ruyjcb.* Thes. *anat.* VII. Tab. I. f. 3. g) *Ridley Trans. Angl.* 1703.

DE ARACHNOIDEA

268. II. ARACHNOIDES, altera cerebri tunica, a Varolio primum descripta, a) valde tenuis, ob similitudinem telæ aranearum ita dicitur : in qua notanda :

Situs : sub dura matre, intra hanc & piam matrem.

Connexio : in superiori cerebri parte, cum pia matre adeo arcta, ut sine laceratione inde separari nequeat ; in inferiori vero parte, praesertim circa cerebellum, medullam oblongatam & totam spinalem, tam laxa, ut ibidem sine sectione facile & abunde conspici queat ; licet nonnulli adhuc hodie eam in dubium vocent, aut prorsus negent, aut solum, ut Ridleius b) aliique, pro exteriori pia matris lamella habeant.

Extensio : eadem ac duræ matris, nimirum per totum cerebrum & spinalem medullam ; hanc vero tantum laxissime ambit : ut optime videri potest, si in aqua vel spiritu vini suspenditur.

Vasa sanguifera : nulla in ea, sicut in epidermide, certe observata sunt : quamvis a nonnullis delineentur. c)

Glandula inter hanc & duram matrem circa truncos vasorum a Santorino hic describuntur d), quæ liquidum, quod inter has membranas, secernere videntur.

Vsus : cerebri involucrum constituere. Quid vero tam tenuis membrana, in qua nulla vasa conspiciuntur, cerebro & medullæ spinali prodesse possit, haud adeo patet. Attamen, monente Santorino e), cum pia mater inter cerebri anfractus alte se demittat, hæc super eam sic protenditur, ut & subeuntia vasa firmet, & frequentissimos eorum flexuum sulcos colligat, & ne quid illuc intro forte descendat, quod cerebrum laedere possit, omnino prohibet.

269. III.

a) Morgagn. Epist. anat. i. n. 91. b) Anatom. cerebri. c) ut Bidloo Anat. corp. hum. Tab. 8. fig. 5. d) Observat. Anatom. pag. 52, e) ibidem pag. 53.